



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Pelagia V. & M. 4. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

286 VITÆ SANCTORUM. 4. Maii.
Iud obscurare invidia vel oblivio posset.
Inde posteris quoque mos traditus est
F L O R I A N I imaginem cum urnâ aqua-
riâ in fronte ædium dedicandi. Vos illam,
ô juvenes, etiam animis tutelam adsci-
scite, adversus multò tristiora incendia,
quibus libido faces subdit, & perenne
pabulum omnes corporis sensus subve-
hant. Lingua, manus, aures, oculi,
fatendum est, incendiarii sunt animæ.
Ex Surio.

*O Ignis infernalis luxuria, cuius mate-
ria gula, cuius flamma superbia, cuius
scintillæ prava colloquia, cuius fumus in-
famia, cuius cinis immunditia, cuius finis
gehenna. S. Hieron. in Ep.*

S. P E L A G I A V. & M. 4. Maii.

P E L A G I U M Tharsensem Diocletiani
Deique filius sponsam ambierunt, il-
li corporis, hic animi pulchritudine cap-
tus. Respuit mortalern procum Virgo,
& cælestè conjugium præoptavit. Pa-
ranymphus Clino fuit Episcopus, quem
divinitus sibi ostensum inter montium
latebras reperit, ubi edocta est, qualis
dos afferenda ad sponsum esset. Ea uno
verbo innocentia appellatur, quam bea-
ti Genii domum P E L A G I Æ tulere, cùm
lustrico fonte, qui ad Clinonis preces è
rīpe profluxit, tingeretur. Augusta præ-
terea Virgo duplici diademate cincta,

AC

4. Maii. VITÆ SANCTORUM. 287
ut vel hinc terrarum Cælique Dominam
intelligas, palam yisendam se dedit, velut
sanctorum sponsalium Antistes. Non fuit
deinde difficile P E L A G I Æ hoc virginali
mundo exultæ, bombycum fila contem-
nere. Nimurum non Cæsar is sed Numinis
oculis se compsit, cui in sponsâ cilicium
præ purpurâ placet. Sed neque rivalem
diu sustinuit Christus; hunc enim ante-
latum sibi indignatus Cæsar is filius, ver-
susque ex amore furorem, gladio pectus
transfixit. Diocletianus tamen filium ul-
turus non fuerat, si Pelagia amorem à
Christo ad se transtulisset. Abhorentem
ab eâ conditionem novus Phalaris bovi
æreo candenti inclusit, in quo illa, amore
verius, quam igne liquefacta est. Exuvias
corporis in Linarum montem projectas
quatuor leones tutati sunt; Clino in ur-
nam composuit, & monti congregationis
nomen indidit. Vos Sodales, qui tituli ju-
re reliquiarum hæredes estis, quod in Pe-
lagiâ pulcherrimum fuit, innocentiae ve-
stem, primo loco yotoque poscite. Ex Me-
taphraſt.

Siluxuriæ flamma in ossibus æſtuat, pro-
tinus illam memoria æterni ignis extinguat:
ſi callidus infidiliator lubricam carnis spe-
ciem objicit, illico mens ad mortuorum se-
pulchra oculum dirigat, & quid illuc suave-
tactu, quid delectabile viſu reperiatur, ſu-
lenter attendat. S. Pet. Dam. op. 7. c. 23.

S. MO-